John Carter Brown
Library
Brown University

medius: sed penitentium tertius: sexum capit vtrumq3. ℣.

Tres ordines hic ordinat: primumq3 fratrum nominat minorum: pauperumq3 sic dominarum

Ora pro nobis beate pater Francisce. Ut digni efficiamur promissionibus christi.

Enchiridion seu Manuale frm̄ minoꝝ: regularia instituta eorūdē frm̄: nec nō aliarum personaꝝ religiosaꝝ sub prelatoꝝ dicti ordinis regimine militantium: commodissime continens.

07145

¶ Impresso en Mexico, con licencia delos señores Presidente y Oydores dela Audiencia Real dela dicha ciudad y del muy ylustre y reuerendissimo señor Arçobispo della en casa de Antonio de Spinosa impressor a 4. dias del mes de Iunio de. 1568.

¶ *Tabula priuilegiorum, quæ sanctissimus Papa pius quintus, concessit fratribus mendicantibus: in bulla confirmationis, & nouæ, concessionis priuilegiorum, ordinum mẽdicantium. Anno.* 1567

¶ ORDIN EALPHABETICO.

¶ *Celebrare.*

¶ FRATRES Mẽdicantes, possunt quando eis placuerit, tan indiebus festiuis seu dominicis, aut alijs totius anni temporibus: Missas celebrare, Campanas pulsare, etiam quando, ordinarij & alij quicũq; celebrauerint, pagina. 15. & 14.

¶ VOLVMVS q̃ fratribus mẽdicantibus, non solum prohiberi non posse: ne missas & alia diuina officia faciant in suis. ecclesijs Verum etiam inquibus cũq; alijs, vbi celebrari missas solitũ est etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis. celebrare valeant. pagina. 15.

¶ Non obstante decreto, de obseruand. & vitand. in celebratione. Sessionis. 22.

¶ *Confessio.*

¶ FRATRES, Mẽdicantes, approbati a suis prouincialibus, ad confessiones secularium audiendas: possunt audire confessiones Xp̃i fidelium, vtriusq; sexus. Et hoc tan intra monasteria quã extra, nec super hoc eis phibeatur pagina. 11.

¶ Non obstanti cap. 15. sessionis. 23. concilij tridentini: quod in hoc minime dictos fratres conprehendat.

¶ ET DE NOVO cõceditur prefatis fratribus, priuilegiũ Pauli. 4. vt audire possint confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos & monasteria sua & vbilibet. pagina. 11.

¶ ADMISSVS frater ordinis mẽdicantium semel in vno episcopatu Per episcopum ad predicandum, vel ad confessiones audiendas: semper habeatur in illo episcopatu pro admisso, nec amplius examinetur, nec presentetur. pagina. 11.

¶ CONFESSORES monialium, que degunt sub cura regularium: ab ordinario examinari nolumus, sicut nec & fratres qui audiunt confessiones aliorum fratrum: examinari debent, pagina, 12.

¶ Lecto

¶ LECTORES ex eisdem fratribus & in theologia graduati, qui cum licentia suorum superiorum ad gradum, ad missi fuerit: cum de eorum doctrina ambigendum non sit, tan ad prędicandum, quam ad confessiones audiendum: non examinentur. ab episcopis. pagina .12.

¶ *Edificare.*

¶ CAPITVLVM .4. sessionis .25. glossatur q̃ scilicet detur licentia ad ędificandum monasteria gratis. Et non nisi legitima causa, [superioribus explicanda] ordinarij recusare possint. pagina.18.

¶ *Eleemosina.*

¶ MENDICANTES possũt libere eleemosinas petere. Et capitulum 9. sessionis 21, concilij tridentini, de usu questorum eleemosinarum auferendo, idid ad medicantum ordines nullo modo referri posse decernimus. pagina.17.

¶ *Episcopus.*

¶ EPISCOPI non recipiant fratres sub eorum, protectione, extra claustra degentes: nec eos in vitis suis superioribus detineant. pagina.13.

¶ EPISCOPI nullo modo se intromittant in bonis fratrũ mẽdicantium, extra claustra suorum monasteriorũ pro tempore degentium, siue decedẽtiũ. pagina.13.

¶ EPISCOPI non possunt prohibere prelatis fratrũ mẽdicantium, quin poniant fratres suos, etiam si contigerit eos ad ordinarios recursum habere. pagina .13.

¶ *Eucharistia.*

¶ FRATRES mendicantium ordinum, possunt eucharistiam ministrare Xp̃i fidelibus, [resurrectionis domini festuitate dum taxat excepta] licentia ordinariorum aut aliorum minime requisita, et q̃ Xp̃i fideIss possint eucharistiam sumere aprędictis fratribus, illa festinitate excepta, nec ad aliud faciendum per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores, aut alios quoscumq; etiam subcensuris ecclesiasticis. Et alijs pœnis cogi possint. pagina 15.

¶ *Exemptio.*

¶ EXIMVNTVR, fratres mendicantes & moniales a superioritate dominio iurisdictione & potestate ordinariorum,

pro

pro vt eis cõcessũ est persua priuilegia a sede apostolica. pa. 12.

¶ *Ingredi.*

¶ ORDINARII monasteria monialium quę ipsis pleno iure non subsunt ingredi non poterunt. pagina. 12.

¶ *Interdictum.*

¶ SI TEMPORE celebrationis alicuius ex festis sctõrum ordinum mendicantium, ac alias in aliquibus festiuitatibus iuxta eorundẽ, ordinum priuilegia apostolica interdicta emanauerint. illa in prefatis festiuitatibus & in earum octauis suspendimus. pagina. 16. non obstanti. capitulo, 12. sessionis, 25. concilij tridentini. vbi cauetur ꝙ censuræ & interdicta ecclesiastica etiam a locorum ordinarijs promulgata: mandãte epsscopo a regularibus, in eorum ecclesijs publicare debeant.

¶ *Missa.*

¶ OMNES Xpi fideles totius anni tempore predicationes missas & alia officia diuina in ecclesijs fratrum mendicantium audire possunt etiam si tunc in ecclesia cathedrali prædicetur. nec vllatenus molestari vel impediri per locorũ ordinarios seu rectores parrochialium ecclesiarum vel alios quoscumq; vllo pacto causa vel occasione valeant seu debeant. Et tales Xpi fideles satisfacere præcepto ecclesiæ de illis audiendis cẽ seantur tam in dominicis diebus q̃ in diebus festiuis. pag. 15.

¶ MANDATVM in die cenæ domini fieri solitum in ecclesijs fratrum mendicantium solemniter facere hora qua eis videbitur Nec per locorum ordinarios vel rectores ecclesiarum, seu alios quoscumq; prohibere posse decernimus. pag. 18.

¶ *Nouiciæ.*

¶ NOVICIÆ datur certa forma quam ordinarij seruare debent in interrogando nouicias moniales an voluntarie vel coacte profiteantur. pagina 14.

¶ *Ordinari.*

¶ REGVLARES sacros ordines aquolibet antistite gratiam & cõmunionem apostolicę sedis habente, [ordinarij loci minimè requisita licentia] in locis seu domibus fratrum vel alibi recipere possunt. Et capitulum. 8, sessionis. 23. vbi mandatur nemine m nisi a proprio episcopo ordinari posse decla-

ramus inregularibus locum omnino non habere. pagi.14.15.

¶ *Prædicare.*

¶ MENDICANTES, a suis prouincialibus ad officium prędicandi deputati possunt prędicare in suis ecclesijs quando eis placuerit absq; vllo impedimento vel contradictione episcopi, [nisi ipse prędicauerit] non obstanti capitulo. 4. sessionis. 24 per quod mandatur & interdicitur omnibus regularibus etiam in suorum ordinum ecclesijs contra dicente episcopo prędicare quod, sic declaratur. pagina. 11.

¶ MENDICANTES, in diebus dominicis, vel festiuis etiam antequã rector parrochialis ecclesię celebrauerit: poterunt in suis ecclesijs prędicare etiam si tunc in ecclesia cathedrali prędicetur non obstanti. cap. 1. sessionis. 22. de obseruandis & vitandis in celebratione. pagina 15.

¶ MENDICANTES, in die cœne domini in suis ecclesijs seu domibus hora quâ eis videbitur possũt prædicare. Ac mandatum solitum solemniter facere, nec per locorum ordinarios vel rectores ecclesiarum seu alios quoscumq; in hoc prohiberi possunt, pagina. 18.

¶ *Processiones.*

¶ MENDICANTES, non tenentur ire ad processiones nisi ad quàs secundum consuetudinem antiquam locorum soliti sunt accedere, vel quę pro bono pacis ecclesię, vel victoria contra infideles indicuntur. Et sic intelligatur capitulum. 13. sessionis. 25.

¶ MENDICANTES, autem qui in cõuentibus quę sũt collegia habitant ad nullas processiones ire teneãtur, pag. 19.

¶ *Processus.*

¶ ORDINARII processus ad versus mendicãtes & moniales facere posse quo quomodo omninò, prohibentur. Ita vt aliquam iurisdictionem in prefatos fratres exercere nullatenus possint. pagina. 12.

¶ PROPTER manifestum scandalum & suorum ordinũ superioribus prius consultis & negligentibus episcopi possũt præfatos processus facere, Alioquin totum sit nullum contra prędicta factum non obstanti. cap. 14 sessionis 25. pag. 18.

¶ *Præcedentia*.

¶ CONTROVERSI Æ omnes de precedentia inproce ſsionibus que mandantur cap 13. ſeſsionis 25. per epiſcopũ terminari non niſi quę ſunt in litis pendentia terminentur, Alię autem non poterunt innouari. pagina. 16.

¶ *Quarta*.

¶ QVARTA funeralium dequà ſtatuitur in capitulo. 13, ſeſsionis. 25. monaſteria ante annos quadraginta fundata quę ipſam quartam ſoluere conſueuerint ſoluant. Et id tantum cę & aliorum quę in aliquibus partibus de ferri contigerit tẽpore quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de miſsis vel legatis vel alijs fratribus ipſis ſeu monialibus huiuſmodi relictis, vel alias quomodolibet donatis ſolui debet ſicq; concilium intelligi decernimus, vbi autem nõ eſt conſuetudo ſoluendi quartã huiuſmodi de nulla ſupra ſcriptorum ſolui debere declaramus pagina. 16.

¶ QVARTAM, ſeu aliam partem omnium eorum quę etiam pro ornamento eccleſię palliorum planetarũ cortinarũ pãnorum & aliorum dictis eccleſijs relinqui, vel dari contigerit etiam ſi pro victu fratrum, aut alias relinquãtur aliquid cõtribuere monaſteria non teneantur. pagina. 16.

¶ TACETIAM IVS, ſepulturę ſoluitãtum conſuetum curatis: & non aliquid aliud eis ſolui debeat quãuis partes ad earum libitum eccleſijs ordinum huiuſmodi, ſeu eorũ fratribus alia quecumq; tribuãt ſeu eleemoſynas elargiantur quando ſepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiuſmodi, nec propterea impediri debeant quin poſsint de functorum corpora p̃ fata ad eorum eccleſias tumulanda deferri facere. pa. 16.

¶ *Regulares*.

¶ REGVLARES quibus in eſt cura animarũ poſsũt iuxta ſuorum ſuperiorum ordinationẽ per ſe ipſos prędictam curam exercere. pagina. 14.

¶ REGVLARES in domibus virorum ſeu mulierum q̃bus animarum cura immi net admitti debẽt non obſtanti. cap. 11. ſeſsionis. 25. concilij tridentini pagina. 16.

¶ REGVLARES mendicantes morientes extra clauſtra

ſiue

siue in habitu siue sine habitu eorum bona mobilia siue immobilia ad ordinem quem professi sunt pertineant disponenda iuxta constitutiones prefatorum ordinum. Nec illa ordinarij occupare presumant. pagina. 13.

¶ MENDICANTES, non solunt decimas nec eorum possessiones nec contributiones pro seminario Nec ad subsidia charitatiua etiam per nos concessa ad instantiam quorum cumq; regum. Nec comprehendãtur prefati fratres circa hoc sub. cap. 12. sessionis. 25. pagina. 17.

¶ *Sepelire.*

¶ MENDICANTES possunt mortuorum corpora assotiare: & illa per fratres ipsos quando in ecclesijs suis delata fuerint etiã absq; presentia rectorũ ecclesiarũ sepeliri facere. Ac offitia mortuorũ per agi per eos possunt. pagina. 14.

¶ MANDATVR vniuersis locorum ordinarijs ne mortuorum offitia agere rectores parrochialium ecclesiarum in ecclesijs ipsorum fratrum [contra illorum voluntatem] permittant. Ac moniales fratribus sub iectas vel personas sepultu ram in eorum ecclesijs eligentes [nulla soluta parrocho portio ne] sepelire, vel si fratres ad mortuorum corpora assotianda: vocati fuerint illa absq; fratrum huiusmodi presentia: sepeliri facere audeant cumq; maxime deceat liberam esse cuiusuis testantis voluntatem. pagina. 18.

¶ MENDICANTES etiam soli possunt mortuorum corpora assotiare. pagina. 14.

¶ *Testamentum.*

¶ PRAVVM illum vsum paruo adhuc tempore [vt præfertur] introductum perquem testamenta absq; presbiterorum presentia fieri interdicunt omniò abrrogamus. pag. 18.

¶ PROHIBETVR ordinarijs ac alijs quibuscumq; personis ne impediant quin infirmi libere sua possint, cõdere testamenta. Ac fratres ipsos legata aut que vis alia sibi testamẽtis relicta exigere & obtinere posse: nec aliquod ius in contrarium esse decernimus. pagina. 14.

¶ *Infine.*

¶ HVIVS confirmationis & nouæ cõcessionis dictorum pri

priuilegiorum idem sanctissimus papa addit hęc verba.

¶ *Si forte.*

¶ INTER episcopos collegia capitula vel alias personas & prędictos fratres vel moniales super premissis, lis vel lites pendeant: nos huiusmodi lites & causas ad nos aduocamus. Ac partibus ipsis perpetuum silentium imponimus. pagina. 19.

¶ PRIVILEGIA.

¶ *Post prædictas omnes concessiones idem sanctissimus papa prius* 5. addit hęc verba, Et ut facilius præmissa quę concessa sunt fratrbus mendicantibus omnia illibata persistant. Omnia & singula priuilegia indulgentias fauores & gratias, [quę decretis concilij tridentini alias quā vt superius est dictum concessum & declaratum non contrariantur expręse] eisdem fratribus & monialibus ordinis prędictorum ordinum respective, in genere vel in specie tām p prędecessores nostros eugenium. 4. fixtum. 4. leonem. 10. paulum. 3. ac dictum paulū. 4. & pium etiam. 4. quamalios quoscumq; Romanos pontifices prædecessores nostros a cnos & sedem eandem quomodolibet concessa confirmata & innouata. Authoritate apostolica approbamus & confirmamus eaq; perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere ac fratribus & alijs q buscumq; quos illa concernunt suffragari debere seu posse volumus, nec non priuilegia immunitates facultates libertates indulta dispensationes exemptiones fauores & gratias tā spirituales quam temporrles modo & forma quibus cōcessa sunt, etiam peruiam cōmunicationis & extensionis actiuę & passiuæ interse & alios quoscumq; ordines respectiue denouo concedimus illaq; & omnia & singula ad domos & loca quecumque dictorum mendicantium ordinum & monialium actenus recepta & inposterum recipienda nec non eorum pfonas, etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatarū authentica originalia propter temporis antiquitatem vel varias urbis ruinas deperdita existant, [dummodo de eis alias legitime constet] extendimus & ampliamus. pag. 19 .20.

¶ *Transumptum.*

¶ ADDIT etiam idem sanctissimus papa, volumus & decernimus q transumptis litterarum prędictarum [etiā per impre

preſsionem factis] manu alicuius notarij publici ſubſcriptis Autſigillo alicuius perſonę indignitatę eccleſiaſtica conſtitue ſigillatis quemadmodum ad huberetur prętentibus litteris originalibus ſi præſentarętur: vbiq; ad hibeatur tam in iuditio quam extra illud plena & idubitata fides hęc papa. pag. 22

FINIS.

¶ *Brcue papæ pij. V.*

¶ PIVSQ_VINTVS. ſupra pag. 1. &. 2 ad inſtantiã Philippi, 2. Regis hiſpaniarũ: conceſsit ōmibus & ſingulis religioſis Quorumcumq; ordinũ [etiam mendicantium] qꝰ poſsint matrimonium celebrare, et cetera ſacramenta miniſtrare indis in indijs maris occeani, Seruatis ſolemnitatibus circa matrimonium prętceptis inconcilio tridentino. Et hoc in monaſterijs dictorum ordinum. Et extra dicta monaſteria in locis eiſdem fratribus aſsignatis & aſsignandis. Et quòd ſimiliter prętati fratres poſsint prædicare indis dictarum partium. Et hæc poſſunt de licentia ſuorum ſuperiorum in capitulis prouincialibus obtenta. Ordinariorum vel aliorum quorumuis licentia minimè requiſita, Authoritate poſtolica prętatus Papa indulſit, & infine dicit ne in locis dictarum partium inquibus ſunt monaſteria religioſorum qui animarum curam exercent aliquid per epiſcopos innouetur eadem authoritate apoſtolica dat conſeruatores. Et ponit fortiſsimas ōſtantias non obſtantibus, [inquit] Concilijs generalibus conſuetudinibus priuilegijs & Iuramento apoſtolica auihoritate confirmato. Anno .1567. 24. Martij Pontificatus ſui anni ſecundo.

MÆXICI,
¶ *In ædibus Antonij de Spinoſa,*
1568.

¶ VIRTVS, IN INFIRMITATE PERFICITVR.



[:*:] [:*:] [:*:]

04444

¶ Absolutio pro aposthatis.

¶ Ps. Miserere: Kyrieeleison. etc.a. ℣ saluum fac seruum tuum domine ℣ esto ei domine turris fortitudinis: ℣ Domine exaudi ℣ dominus vobiscum

Oratio.

¶ Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nr̃am et hunc famulum tuum quem Sn̄a excomunicationis ligat miseratio miseratio tue pietatis absoluat proximum dominũ nostrum. Amen

Auctoritate. D. n. Jesuchristi e beatorum petri et pauli apostorum eius et auctoritate Sancte Romane ecclesiæ et auctoritate privillegiorum nr̃o ordini concessorum michique in hac parte comissa ego te absoluo ab isto vinculo excomunicationis. quo teneris et quo ligaris pro aposthasiam et restituo te sc̃te Romane ecclesie sacramentis eius in Nomine patris et filij et spiritus sancti Amẽ

Ordo celebrandi Capitulum.

¶ p.o ss. sancti gratiam invocetur in hunc mudũ
¶ Veni creator spiritus: ℣ emitte sp̃um tuum et creabuntur.

¶ post partum virgo ¶ Ora pro nobis beati pater francisce. ¶ Domine exaudi. ¶ Dominus vobiscum. Oremus.

Oratio. —

07447

4°.

¶ legatur tabula diffinitionis qua lecta exeant qui non fuerint vocales.

5°.

¶ eligant vocales per scrutinium custodem ac capitulum generale si tempus ad hoc expediens fuerit. —

¶ 6°.

¶ eligantur discreti prouintie qui possint ex omnibus siue vocalibus siue non vocalibus eligi

Vltimo

¶ Omnes conueniant et cantor incipiant te: deum laudamus: et sic ordinate procedant ad ecclesiam finito vero. te deum cantor dicat ℣ confirma hoc deus. etc. ℟. a templo sancto tuo qd est in hierusalem ℣ domine exaudi. ℣ dominus vobiscum.

Oratio.

¶ Actiones et electiones nras qms done aspirando preueni et adiuuando prosequere vt cuncta nra oratio et operatio et a te seper incipiat et per te cepta finiatur per xpum dominum nostrum. exaudiat deus omnes nostras. Amen —.

Finis: Deo gras. —

BA 535
F819e

¶ Recomendacio in capitulo facienda.

1° de pace
2° de paupertate.
3° de grauitate et ex° interindos
4° q negocia non tratentur cum pro rege.
5° de secreto confussionum
6° q immensa seruetur silentium
7° q nihil fiat dei

Recomendacio.

¶ 1° status ecclesie et conuersio hereticorum et infidelium quam p̄ manibus habemus.
¶ 2 Pappa cum cardinalibus et prelatis
¶ 3 Imperator cum principibus christianis et de pace inter illos et de progenie
¶ 4°
¶ 5° Omnes fratres aliorum ordinum precipue nr̄e religionis: gn̄alis commissarius
¶ 6 Omnes guardianos et fr̄es huius p̄uicie
¶ 7 benefactores oēs in genere et si qui sunt particulares.
¶ 8. parentes fratrum tam viui q̄ defuncti

Vltimo concedere auctoritatem ad libitum tuum per octo vel quindecim dies.